

des ersten Landgrafenhauses 1039—1247 S. 23) eine selbständige Bearbeitung versprochen und Professor Stumpf-Brentano, schriftlicher Mittheilung zufolge, vor längerer Zeit eine solche beabsichtigte. Zur Klarstellung der Unechtheit der Urkunden dürften folgende, im gothaer Archiv befindliche Urkunden in Gruppen zu theilen sein: I. QQL. g. 3, 14, 15. II. QQL. g. 4, 5, 6^a. III. QQL. g. 7, 13. IV. QQL. g. 9, 16. V. QQL. g. 10, 11, 17, 19, 21, 22, 24, 26 (mainzer Kanzlei). VI. 1227 (landgräfliche Kanzlei).

(C.) :In nomine summae et individuae trinitatis. Cuonradus divina annuente clementia Romanorum imperator augustus.: Notum esse volumus omnibus tam praesentis^a) quam futuri temporis fidelibus, qualiter nos ob interventum dilectissimę contectalis nostrae Gislæ cuidam Hlūdouuico comiti consanguineo nostro praedium^a), quod ab incolis Thuringiae regionis comparavit villam scilicet Altinberc et novalia prope hinc inde iacentia, sed et partem vastae solitudinis Loibae nostrae dominationi subiacentem, quam ei nostra donatione contulimus, libere et quiete perfruenda regia auctoritate stabilita fecimus, quae his lachis et terminis concluduntur. A fluviolo Louffa, usque quo influit rivulus Batenbahe, et sic retrorsum per ascensum eius ad locum, qui dicitur Fiurstat, deinde deorsum ad Magnifaltbahe ad viam tendentem a Bussonrot ad fontem, qui est ad Esphinevelt, deinde versus aquilonem ad quandam siffam iuxta Mochonouua usque ad bivium, ubi una via tendit Linungon, altera Osteruison contra orientem villae Erpshesrot, inde sursum per callem inter duos montes Grinberc et Turiberc, hinc per latus Santberc ad locum, ubi Sulzbahe cadit in Trocconlinaha, et sic sursum ad Wanunbruccha, deinde ad Bûhebrunno ad Dierbouum, hinc ad Harcisstihe usque Trocchonlinaha ad plateam, quae tendit super Abbichonrot, sicque per eandem plateam usque Everhardesbrucchon, inde ad occidentem usque Dambahe et sic sursum super fluviolum Smalachaldon usque Cholbahe et inde super quoddam mirice ad Brunnuardesrot usque ad plateam, quae illic est, perque plateam usque ad radices montis Tatenberc super rivulum Louchaha usque ad latus montis Teneberc sicque postremum ad supradictum fluviolum Louffa. Omnia, quaecumque his lachis et terminis circumdata sunt, cum villulis infra positis aut ponendis — — praedicto Hlūdouuico comiti his regalibus edictis in proprietatem perpetuam stabilimus — — (SR.)

:Signum domni Cûnradi imperatoris (M.) augusti invictissimi.:

:Udalricus cancellarius vice Bardonis archicancellarii recognovi.: (SJFR.)

Data v. kal. mai^b) anno incarnationis domini millesimo .xxx. viii.^c), indictione vii., anno domni Cûnradi imperatoris augusti, imperii xiii., regni vero xv., actum Goslarie villa regia; feliciter.

86.

König Heinrich III. eignet einem seiner Getreuen Diemar auf Bitten des Markgrafen Ekkehard das in der Grafschaft des letzteren und im Gau Weitaog gelegene Dorf. Naumburg, 1039 Oct. 10.

Hdschr.: Or. Perg. Stiftsarchiv Naumburg.

Gedr.: Lepsius, Geschichte der Bischöfe des Hochstifts Naumburg 1,200. Stumpf 2147.

Ann.: Vergl. Einl. 14 Ann. 41, 56 Ann. 347. S. A. 22 Ann. 41, 105 Ann. 347. In dorso: Traditio regis

henrici de Kizerin (Saec. XII).

85. a) p. b) kl. mai. c) mitt. xxx. vii.